ꝙ nunq̄ꝙ propter aliquod temporale r̄tractā
eſt collacio ſacramentorum·s·e·c·proximo ⁊
c·in tantum·Item ſi aliquid ſponte detur nō
eſt ſpnendum·i·q·ij·q̄ꝙ pio·Item ſi cōſuetu
do habet ꝙ in dedicacōnibus eccleſiarum ali
quam partem oblacionum habeat conſecra-
tor et clerici qui ei oſequuntur in conſecracio
ne bene ad illam conſuetudinem conſeruādā
agi poſſet et peti·vt·x·q·iij·nec numerus·x-
viij·q·ſi·elēcherius·et·c·ſeruicium et ideʒ in
ſepulturis et in omnibus alijs que de iure ra
cione conſuetudinis debentur vel diuidunt̄·
s·de ſepulturis certificari et de teſtamētis re
quiſiſti·ſi qua autem alia fuit que nō racione
conſuetudinis generalis·Sed ſpecialis debē
tur vt ſi conſuetudo eſſet ꝙ in conſecracione
haberʒ·c·marcas n̄ credere talē cōſuetudieʒ

ſeruandam cū male ex ea p̄ſumatur vt dictū
eſt non negamus tñ q̄n poſſit expenſas acci-
pere pro ſe ⁊ comitibꝰ ſuis et etiam certum
quid poteſt ſtatui quod accipiat ꝑ expenſis
qꝛ non cogitur militare ſuis expenſis · x · q ·
vl̄t · relatum · xij · q · ij · caritatem expē · enim
epiſcopꝰ a villa vbi ſunt baptiſandi vel criſ-
mandi vel alia ſacramenta conferenda vel ec-
cleſia conſecranda petere poteſt ſi hn̄t vn̄ p̄-
ſtant alioquin ipſe de ſuo faciat · x · q · iij · cauē-
dum nec obſtat · c · nec numerus quia illud lo-
quitur quando aliquid exigebat vltra expen-
ſas nam cum baptiſandi ad domum baptiſa-
torum venirent nihil pro expenſis accipiāt cū
et ipſi expen · non faciant vel melius pōt dici
ꝙ aliud eſt petere aliquid ab hijs quorum ec-
cleſia cōſecratur vel de bonis eorum et h̄ nul-
lomodo licet eciam ſi de h̄ ſit generalis cōſue-
tudo · s · e · in tantum et aliud eſt nihil ab eis
petere ſed de oblacionibus que nondum per-
uenerunt in ſpeciale dominium alicuius vſus
alicuius vel poſſeſſionem vel diuiſionem aliq̄z
facere et h̄ licet eciam in tempore conſecracio-
nis eccleſiarum vel collacionis ſacramentorū
tamen credimus ſi epiſcopus vel clerici dice-
rent non intererimus niſi ſecuri ſumꝰ ꝙ da-
bitis nobis oblaciones vel ꝙ nos domine epi-
ſcopus nobiſcum ſm̄ conſuetudinem anteq̄
diuiſeritis ꝙ peccarent · s · e · cum i eccleſi · ar ·
contra · lxiij · di · quia ſcā ymmo plus dicunt
aliqui ꝙ clerici qui conſueuerunt aliquam p-
tez habere ab epiſcopo ei poſſunt dicere ſi ceſ-
ſauerit aliquando debitam partem dare dn̄e
non intererimus decetero · ar · xciiij · di · eſto ·
xlv · di · cum beatus quia ſi epiſcopus racione
conſuetudinis petat eos cogi ad ſecum inter-
eſſendum et ipſi reſpondebunt et tuipſe · cir-
ca h̄ ipſum conſuetudinem ſerua · nos tamen
credimꝰ ꝙ non eſt licitum clericis negare ep̄o
obſequium conſuetum licet epiſcopus dene-
get conſuetam partem oblacionum ymmo ſi
fecerint agere poteſt epiſcopꝰ nomine eccle-
ſie peti ⁊ poſſ · contra clericos cum h̄ excepcō
nunquam inueniatur in iure ſed clerici ſimilit̄
cum epiſcopo tantum non pro eccleſia poſſūt
agere poſſ · et peti ad predictam conſuetudi-
nem obſeruandam et eciam quia infringit e-
piſcopus conſuetudinem ſi expedit canonicis
et conſuetudo tantum in fauorem epiſcopi eſ-
ſet introducta poſſent agere vt abſoluentur
a predicta conſuetudine quia priuilegium ⁊c̄
xj · q · iij · priuilegium · Sed h̄ nos non credi-
mus nam licet illud aliquando optineat in p̄-
uilegio non tamen optinet in iure comuni vl̄
conſuetudine q̄d difficilius ab homine ſepat̄
q̄ꝫ gracia ſed poteſt agere et petere et quādiu
non ſoluerit epiſcopus q̄d conſueuit nec ipſi
obſequium debitum preſtare teneantur et ſic
loquuntur · c · xciiij · di · eſto · et · xlv · di · cuz be-
atus ·

NE dei · et · j · ⸤ Patribus · qui ordinaue-
runt cyſtercien̄ · quia exquo regula ē ap-
probata per papam nulli licet eis contra r̄gu-
las aliquid mandare · ⸤ Ordinem · quia eciaz
ſi papa mandaret eis aliquid quod cont̄ ſub-
ſtanciam ordinis eſſet vl̄ peccatum nō debēt
obedire · s · de ſta · mo · cum ad monaſterium
in fi · ⸤ Ordine · i · ſubſtancialibus ordinis ·
IAcobus canonicus ·
SI quis ordinauerit h̄ no · penam danciū
ordinem ſymoniace · ⸤ Inquietet · s · e · c
per tuas · iij · credunt quidam ꝙ h̄ qui ſic iu-
rauit et promiſit poſſit petere et ſibi remitta-
tur promiſſio · j · de magiſtris · c · ij · h̄ non cre-
dimus ꝙ ſibi obſtat ſua turpitudo · ⸤ Per
triennium · lapſo triennio ſine aliqua diſpen-
ſacione recuperat execucōnem cum pene ſint
molliende de pe · di · i · pene · et h̄ intelligo ſi cri-
men eſt occultum ſi vero manifeſtum ſemper
eſſet ſuſpenſus · ar · xxxij · di · § verum · Item li-
cet habeat penam hanc a iure ſi tamen accu-
ſatur ꝑpetuo deponetur et infamis erit · i · q ·
i · reperiuntur · quidam dicunt ꝙ h̄ decre · op-
tinet tantum in caſu h̄ poſito nam al̄ qui ſy-
moniace ordinem conferret ꝑpetuo ſuſpenſuſ
eſſet et deponendus alij autem in omni caſu
intelligūt eam optinere vel dic ꝙ verius vid̄z
ꝙ h̄ nō directe cōmittit ſymoniam in ordine
ſed in beneficio vel in iure conſecutiuo ordiꝫ
quia ordinans nihil recipit nec ſibi aliquod d̄-
bitum remittitur vt ordinet quia nihil epiſco-
pus ante ordinacionem debebat ordinato p̄-
terea ordinator vult ordinare ⁊ ordinatus or-
dinari nullo dato et ideo non directe videtur
eſſe ſymonia in ordine et ideo ſpecialis penitē-
cia datur in h̄ caſu cum aliter dans ordinē ſy-
moniace directe perpetuo debeat eſſe ſuſpen-
ſus et recipiens non ſolum ab ordinis ſymo-
niace ſuſcepto ſed eciam ab alijs ſit ſuſpenſuſ
h̄ autem non eſt ſuſpenſus niſi ab ordine ſu-
ſcepto · vt h̄ et · s · e · per tuas ·
MAndato · ⸤ Noſtro recepto · ⁊c̄ · ⸤ Ge-
neralis · s · e · quoniam · ⸤ Extendi · cum
ex tali extenſione non multum honoris indi-
cia creſcant ſed tantum ſaluti anime prouide-
atur · ⸤ Vtrumqꝫ · i · ex parte dantis ⁊ accipi-
entis · ſ · quia et accipiens beneficium ideo ſer-
uiuit vt beneficium acciperet et ille qui dedit
beneficium ideo dedit quia ſibi ſeruiuit ·

## Ne prelati vices ſuas vel ecclesias ſub annuo cenſus cedant ·

PReterea quoniam quidam · ⸤ Epi-
ſcopalem · iſti enim epiſcopi iuriſdicti-
onem qui ad epiſcopum ſpectabat i
aliquibus parroch̄ vendebant decanis vel ali-
quibus archipreſpiteris quod h̄ inhibetur ſꝫ
econuerſo exercentibꝰ iuriſdictionibus ep̄alē
ſalarium dare poſſunt · xij · q · ij · caritatem · et ·

c·quicunq̄ꝫ· Item non exercentibꝰ iuriſdictõ
nes obuenciones temporales vẽdere poſſunt
j·e·querelam·racio diuerſitatis eſt quia iuriſ
dictio non debet vendi·in auť·vt iudi·ſine q̃
ſufficit per totum et duabus collacionibus
ſe·colł·ij·ac·in obuencionibus eſt conceſſũ
Item prelacionem vel aliquod ius ſpirituale
non poteſt locare vt h̃ officia autem tempo=
ralia vt caſcaldiã ſi pro pecunia concedat licꝫ
ał ſit turpis queſtus non tamen eſt ſymonia
niſi habeat ſpirituale annexum et ſic intelligi
tur·i·q·iij·ſaluator·

QVoniam in quibuſdam ꝛc̃ ⌊ Sub ãnuo
ſic·ſ·tu exercebis talem iuriſdictionem
ſuper tales ſacerdotes ⁊ totum periculum ⁊
totum lucrum vel pars eius ſit tuum ſed ałs
nihil mihi epiſcopo vel archidyacono tantuꝫ
reddes et h̃ eſt licitum ſꝫ ſi diceret ego tibi ꝓ
ſalario tuo·c·libras dabo et tu exerceas iuriſ
dictionem in hos ſacerdotes ⁊ tu dabis mihi
totum lucrum et h̃ eſt licitum·xij·q·ij·carita
tem·⌊ Annuo·xxiij·q·i·militare·h̃ videtur
ſymoniacum·ar·i·q·iij·ex multis·et·c·non
ſoluũt·et·c·vẽdẽtes·et·s·c·prox· no·de h̃

QVoniam enormis·⌊ Regimen·regiñ
enim cõmitti non poteſt ſub precio ſed
ſi contingeret prelatum infirmum eſſe vel ab
ſentem bene poſſet precio dato ſacerdotem ł
vicaŕ·ibi conſtituere·s·de ap· peruenit·s·ď
cleri·egrotante de rectoribus·xij·q·ij·cari=
tatem et ille qui locat operas ſuas ſpirituales
non peccat ſi aliunde ſumptus non habet·i·
q·i·duces· Si autem aliunde habet ſumptꝰ
licet non ſit ſymonia eſt tamen ſpecies mali ⁊
ideo non locet operas nec impendat quia nõ
tenetur et idem dicimus non licere illis q̃ ha
bent aliunde ſumptus conuenire nobis daƀ
tantum et nos anno omni faciemus anniuer=
ſarium ſed bene licet et meritorium eſt conſti
tuere aliquos redditus ĩ aliqua eccleſia vt ibi
faciant anniuerſarium alicuius et h̃ conſtitu=
cio poteſt fieri per illos qui debent facere an
niuerſarium·s·de preben· ſignificatum ſꝫ do
nator reddituum non poteſt h̃ cõſtituere nec
ſub condicione redditus dare ſed preal·dec̃·
s·de preƀ·ſignificatum·videtur contradice
re vbi dicitur qď capitulum conceſſit ſub cõ
dicione beneficium ſed· ſſx̊·ꝙ non ſub condi
cione ſed pure fuit in dec̃·preal·cõceſſum be
neficium·ſed beneficium fuit aliquibus hone=
ribus aſtrictum per illos qui h̃ facere poſſũt
ſed alius donator reddituum ſiue clericus ſi=
ue laicus h̃ non poteſt ſed dices ymmo laico
donatori licet condicionem rei ſue adicere·s
de condʾ·appo·verum ſed ſſx̊·ꝙ licet dona=
tori condiciones apponere ſed non ſpiritua=
les redempcio autem captiuoruꝫ bene poteſt
in condicionibus poni rerum donatarum in
eccleſijs·x·q·ij·h̃ ius·xij·q·ij·auŕ·id autem
ꝙ in prin·huius glo·dictum eſt nõ placet·ſ·

ꝙ licet pauperi ſacerdoti locare operas ſuas
ſpirituales dicimus enim ꝙ nunquam paupe
ri ſacerdoti nec ad diem nec ad annum licꝫ a=
liquid recipere pro officijs dicendis·s·t·px·
in multis·c·ſed credimꝰ ꝙ eciam pauperi ſa
cerdoti ⁊ diuiti licet paciſci cum aliquo ꝙ mo
retur in aliqua eccleſia vt celebrat ibi diuina
et certum quid pro h̃ accipe ita tamen ꝙ nun
quam pro diuinis aliquid accipiat ymmo ⁊ i
peccatis et intencione debent ſegregrati eſſe
contractus vt mercedem quam accipit nõ ꝓ
diuinis accipiat ſed pro mãſiõe quã facit apď
illam eccleſiam vel pro alijs ſuicijs que ibi fa
cit vel pro recõpenſacione dampnoꝝ que ſu=
ſtinet occaſione more quã ibi contrahit·ar·s
de permu· rerum ad queſtiones ſed dices ſi
habet de proprio non debet accipere de bōis
eccleſie·i·q·ij·clericus·et·c·paſto·ergo ſi
eſt diues clericus non debet accipere tempo=
ralem mercedem pro diuinis celebrandis in a
liqua eccleſia ſꝫ ſſx̊·de iuŕ eſt ꝙ ſiue ſit diues
ſiue ſit pauper ꝙ q̃diu altario ſeruit ď altario
viuat·s·de preben·cum ſecundum apłm nec
contradicunt·c·preal·clericus·et·c·paſto·
que non loquitur clericis ſeruientibus eccle=
ſijs ſed de alijs habundantibus clericis q̃ no=
lebant viuere ď bonis eccleſiarum qnibus ñ
ſeruiebant nec earum clerici erant·

QVerelam·ꝛc̃·⌊ Eccleſiam·i· obuencio
nes eccleſiaſticas ⌊ Preſumpſit·ſ·ſi no
mine eccleſie locauit et vtiliter eciaꝫ ſucceſſor
tenetur·s·de ſoł·c·i·xij·q·ij·h̃ huius et·c·
ſine excepcione·et·c·non ligat papa·xxv·di
c·quicunqꝫ ſub·xxv·di·eccleſie in priñ·ſi in
utiliter ſecus·s·de hijs que fi·ab epo cuꝫ nos
s·de hijs que fi·ab epo cum nos·s·de pca·c
ij·et h̃ intelligo ſi non interuenerunt ſolenni
tates debite ał enim teneret contractus licet
poſſet reſtitui in inte·ſi vero ſuo nomine loca=
uit non intendens obligare eccleſiam non te
netur ſucceſſor ſicut nec eius heres ſicut nec
heres vſufructuarij niſi quantum ad eum p=
uenerit·ff·loca·ſi quis domum·§·h̃ ſubiungit
et h̃ verum eſt in miniſtro vel prelato eccleſie
ſ·ꝙ ſucceſſor tenetur habere ratum qď fcm ē
a predeceſſore ſed in canonico prebendario ſe
cus dicimus quia ille nũquam poteſt locare
prebendam ſuam vltra tempus vite ſue licet
de illa poſſit agere et cõuenire ſicut legittimuſ
adminiſtrator·vt no·s·de preben·c·iij·

## De magiſtris ne aliquid exi gatur pro licencia docendi

QVoniam eccleſiam·⌊ Cathedralem·
idem in alijs que ſunt ſufficientes·j·
e·quia·⌊ Eiuſdem eccleſie·ſecus de
alijs niſi ſint pauperes·j·e·quia·⌊ Benefici
um·ſecus ſi non habeat beneficium ·x·q·ij·
precarie·xij·q·ij·caritatem·et ſabinus legiſ=
doctor nihil a ſuis ſcolaribus ſuſtentabatur·

ff. de cr. iu. l. ij. et vl. colump. §. ut obit9. et. l
fi. ſed ſi haberet beneficium gratis poteſt ac
cipe ſed non exigere. ¶ Interdicat. niſi forte
ibi eſſet multitudo nimia magiſtrorum vel a
lia iuſta cauſa ſubſit.

PRohibeas. ꝛc. ¶ Promittatur. ex h vi
detur ꝙ exquo non licet promittere ꝙ
promiſſio ſit turpis et ſic ꝙ melioꝛ ſit codicō
poſſidentis. ff. de cōd. ob. c. l. iij. ſhe. h ſub
uenitur danti nō in fauorem ſuum ſed i odiū
recipientis. s. de eo qui duxit in matrimoniuꝫ
quā polluit per adulterium. c. i. s. de ſymo.
veniens vel dic ꝙ dignus promittendus non
peccat cum ſit ſpirituale quid ſi prelatus nō
det licenciam eundi ad ſcolas niſi primo pre
cio dato ſhe. non eſt ſymonia ſed eſt turpe lu
crum.

QVanto gallicana. ¶ Regem. s. e. c. i.
vbi notaui.

QVia nonnullis. ¶ Cathedralem. a diui
tib9 licet enim accipere cum propter eos
non habeat prebendam. ar. xij. q. ij. caritatē
xiij. q. v. ſane. iiij. q. iiij. §. venturis. s. de ſy
mo. cum ſit. s. de vi. et ho. cleri. cum ab om
ni. ar. contra. xij. q. ij. gl'a. i. q. iij. non ſolum
ff. de var. et extco. l. i. §. eſt quidam.

SVper ſpecula.

## De iudeis et ſarracenis eorum ſeruis.

PResenti concil. xij. ſol. quos ſi non
habet aliunde hoſtiatim querat. ff.
de manumiſſ. l. iiij. iij. §. ſuis autem vel
pro eis q̄n quandomodo operas preſtet. C.
de cap. et poſ. re. l. vl. xxxvj. q. i. de rap. h ta
men. c. nō loquitur ꝙ ipſi ſeruo liceat aliq̄d
dare pro ſua redempcione ſed alij chriſtiano.
ſed videtur ꝙ ipſe ſit dicendus ad libertatem
ſine aliqua donacione pecunie. C. de eppiſco
pis et cle. do. §. vl. liiij. di. mancipia ob h dixe
runt aliqui h. c. abrogatum. vel dic h. c. loq̄
tur cum iudeus paganum emerit cauſa mer
cimonij et infra tres menſes venal' exponitur
et propter infirmitatem chriſtianus factus ē
cum enim nō debꝫ iudei vtilitas impediri. lx
iiij. di. fraternitatem ¶ xpianis non tamē erit
ſeruus redimentis. ſed reſtituto precio erit li
ber inſti. de nox. ac. §. dominus.

MVltorum ad nos. ¶ Seruetur. i. in lib
tatem eripiatur ¶ Iliberi. nota origena
rios eſſe liberos ergo a legitimis actibus nō
repelluntur. ar. ff. de teſta. l. i. C. de poſtu.
l. vl. ad ordines tamen non promouentur. liiij
di. ſi quis obli. ¶ Debentes. i. alligati vel a
ſtricti. ¶ De hijs. originarijs vel colonis.
¶ Dampnauit. i. abſtulit propter ſuam im
probitatem. ¶ Iudei legal'. C. de iudeis. l. vl
QVia ſuper hijs. j. e. in nonnullis.

ITa quorundam ¶ Deferant. C. queres
ex. non debent. l. ij. C. da cōmer. et veri
ta. l. mercatores. ff. de pu. et vec. conten. §.
ſi enim. ¶ Preciſos. canon eſt late ſentencie.
¶ Mulctari. h ſtatuere propter cōmiſſum a
laicis crimen.

IVdei. ¶ Hereditatis. d' hereditate et bo
nis et ideo ſe intromittit eccleſia quia de
nouo conuerſi ſunt et finguntur miſerabiles
perſone. j. de ver. ſig. ſuper quibuſdam al's
ſe non intromitteret. s. qui fi. ſunt legi. cām.

COnſuluit.

DE hmbil.

SIcut iudei. ¶ Corpora. non enim repu
tantur hoſtes. xxiij. q. viij. diſpar. alias
enim liceret. C. d' ſepul. in ſepulchro.

QVam ſit laudabile ¶ Paganis. contra
xj. q. iij. ad menſam vbi dicitur ꝙ ſine a
liqua indulgencia licet vti cibis paganorum
ſhe. illud olim quando pagani non diſcerne
bant cibos hodie autem cum diſcernant ciboſ
nec licet ſine ſpeciali indulgencia ſicut nec cū
iudeis licet comunicare. xxviij. q. i. omnes. s.
e. ad h. niſi de licencia. vt. ar. h ¶ Temporꝫ.
quia in. xl. non licet vti carnibus.

SIgnificauit. ¶ Redempcionis. q. d. ꝑ
cauſa redempcionis licet aliqua portare
eciam que vetita erant non tamen poſſunt pi
raticam contra chriſtianos exercere quia ſine
peccato fieri non poſſet ſed ligna et arma eis
portare pro redempcione licet quia licet per
ea poſſunt defendi chriſtiani tamen non eſt di
recte contra eos nā ſi direcē cōtra xpianos vē
derent et in articulo. ſ. quando exercentur cō
tra chriſtianos inciderent in canonem alij ta
men dicunt ꝙ arma et ligna et alia eis ſpecia
liter prohibita eciam pro redempcione non li
cet vendere eis. ar. j. e. ad liberandā ¶ Treu
gam. videbatur enim ꝙ facta treuga liceret
eis portare res vetitas ſarracenis ¶ Excomu
nicationis. late contra tales. s. e. ita. j. c. px.
¶ Pax. cauſa dubitacionis erat quia exquo
iurauerant ꝙ non portarent illuc merces niſi
pax fieret perconſequens videbatur licitū p
tare ſi fieret pax. ¶ Excōis. s. e. ita. et. j. c.
proximo.

QVod olim ¶ Dubitauit. ceſſante illa
guerra non durat canon late ſenten
cie nec in ligaminibus ⁊ alijs que ſub
ſidium faciunt eis ad pugnam. s̄. e. ita nos.
¶ Et ſic loquitur. s. c. prox. in fi. et indiſpen
dium terre ſancte. j. e. ad liberandam.

VT ſi iudeos.

AD liberandū. ¶ Galeas. quia cum hijs
multum poſſunt offendere chriſtianos.

POſtulaſti. ¶ Iuriſdictionis temporalis.

IN nonnullis.

CVm ſit.

AD liberandam. Impiraticis et piraticā
contra chriſtianos exercētibus ſecus ſi
contra alios exerceant cum non debeant im
piratica per chriſtianos inſtrui h autem non

placet ꝓpter verbum ſequens in diſp· ter-
re ſancte galeas quia cum hijs multū pn̄t of
fendere chriſtianos ipos h̄ pena imponitur p
ſeculares iudices vel poteſtates ·s·e·ita·
⸿ Aperiantur· h̄ pena imponitur per eccl̄iā
Nulli nihil·
Et ſpeciali·nihil·
Dubijs in fide·xxiiij·q·i·aperte·s·de ſū
ma tri·c·i·
Quia alios·nihil·
Firmiſſime· ⸿ Vel ſciſmaticum·hereti-
cus dicitur qui peruertit ſacramenta ec
cleſie·vt ſymoniacus ·i·q·i· eos qui per vi·
q·i·§·ſed licet· Item diuiſus ab vnitate eccle
ſie·vij·q·i·denique· Item excomunicatus·iij·
q·i·qui autem· Item errans in expoſicione ſa
cre ſcripture· xxiiij·q·iij·hereticis· Item qui
fingit nouam ſectam et fictam ſequitur·xxiiij
q·i·hereticus· Item qui male ſentit de arti-
culis fidei·xxiiij·q·i·h̄ eſt fides·et·c·quoni-
am vetus·
Fraternitatis capitula nota ſi tabellio i
ſtrumento vel teſtis in ſuo dicto admi-
ſceat aliquam falſitatem eciam ſcienter nihilo
minus valet inſtrumentum et depoſicio teſti-
um dummodo falſitas iſta non tangat ſubaz
vel circumſtancias negocij de quo fit inſtrum̄
tum vel redditur teſtimonium verbi gracia·
ſi dicat contrahentem eſſe de alia terra q̄ ſit
vel ſi dicat affines eſſe alioꝝ q̄ ſint et h̄ eſt iu
ſtū·quia in hijs non conſiſtit officium tabel-
lionis nec teſtis nihil enim facit ad inſtrumē
tum vel teſtimonium·vnde ſint contrahētes
vel quorum ſint affines et idem eſt in ſimilibꝫ
ſed contra·ix·di·ſi ad ſacrā vbi dicitur q̄ nō
valet ſcriptura vbi eciam officioſum menda-
cium admiſcetur q̄ nulli obeſt et alicui ꝓdeſt
ſol·illud intelligitur quando admiſcetur cir
ca ſubſtancialia vel circumſtancias negocij de
quo agitur verbi gracia·ſi inter contrahentes
actum eſt q̄ ſoluatur pecunia argentea et no
tarius vel teſtis dixit de aurea que melior et
vtilior eſt ambobus contrahentibus ·nam h̄
mendacium licet ſit purum et vtile tamen rēd
dit inſtrumentum vel teſtimonium inutile ſi au
tem ſuper hijs qui tangunt ſubſtanciam con
tractus de quo fit inſtrumentum vel de quo
redditur teſtimonium vel ſuper circumſtācijs
eius de quibus no·s·de accuſa·c· inquiſicio
nis tunc ſiue ignoranter ſiue ſcienter falſum
admiſceat non valebit inſtrumentum vel te-
ſtimonium quod ſic ꝓbatur quia nunq̄ in in
ſtrumento vel teſtimonio ponere debꝫ niſi qd̄
in veritate nouerit et viderit et in h̄ non poſ
ſet eſſe ignorancia·iij·q·ix· teſtes·c· horta-
mur·et·c·puta· ⸿ Dampnatur· h̄ habet lo
cum in expoſicionibus ſcripturarum et i om
nibus alijs qui publica auctoritate non hn̄t
officium ſibi iniūctum ſic·ix·di·ſi ad ſa·xvj·
di·c·i·xxxviij·di·ſi quid in ſcripturis autē ta-
bellionum et aliorum publicum officium ge-
rencium ſecus eſt quia licet fecerit vnam car
tam falſam alie nihilominus valent quādiu i
officio tollerantur·ar·viij·q·vl·nonne et me
lius·s·de cohabi·cleri·et mu· noſtra·et eſt
h̄ propter publicam vtilitatem·ar·ff·de offi·
p̄·barbarius·et dicimus tamen q̄ ſi inſtrum̄
tum in aliquo probetur falſum totum q̄ in il-
lo inſtrumento continetur caret robore fir-
mitatis ſicut in teſte dicitur q̄ ſimiliter publi
cum officium habet·iij·q·ix·pura·ff· de edi
lic·e·cum eiuſdem·de con·di·iiij·cum non li
ceat licet autem dicta cuiuſq̄ racione perſo-
ne niſi alr̄ falſa probentur redargui non pn̄t
de falſo ſi tamen publica perſona accuſata et
condempnata fuerit de falſo et extunc inſtru
menta et dicta eius racione perſone robore
firmitatis carebunt·s·de teſti· teſtimonium·
alij dicunt q̄ ſi vno inſtrumento plura capitu
la ſunt connexa ſibi et vnum eſſet acceſſoriū
alteri vno caſſato cetera connexa et acceſſoria
caſſantur ſecus ſi ſunt diuerſa et ſeꝑata·ar·ff
de mi·ec̄·ff·de neg·g̃·eum·acc̄·qui natura
ij·q·vij·§·eſt autem circa fi· vel diſtingue·vt
ext̄·de fi·inſtru·ex litteris primo dictum ma
gis placet in ſacramentis ſecus eſt quia ſac̄-
menta ab hereticis recepta quo ad eſſencia ve
ra ſunt·xxxij·di·§·verum· Item effectum v̄-
tutis habent vel proprias virtutes dignitatis
hn̄t quia veneranda ſunt in ſe et graciam eci
am conferunt ſi qua illa neſcienter ſumāt ab
eo quem non putant hereticum de iuda enim
conſtat q̄ fuit hereticus·ar·i·q·i·eos qui et
tamen baptiſati ab eo graciam receperunt·
nam aliter peccaſſet qui eum miſit cum alijs
ad baptiſandum cum ſic baptiſati ab eo deci
perentur·i·q·i·chriſtus·et·c·dedit ad idem
eſt q̄ dicitur de infantibus·i·q·iiij·c·ij·et·iij
et idem dicendum eſt ſi coacte recipiat ſacra-
menta·j·q·i·dicendum·et·c·dedit circa fi·et
h̄ intelligo in coactione abſoluta vel abſtra-
ctiua alr̄ tractatiua ſi enim condicionalis eſſꝫ
coactio peccaret nec graciam reciperet·l·di
preſpiteros· Item eſt neceſſe q̄ voluntatem
habeat iſtud ſacramentum r̄cipiendi licet nō
ab heretico quia aliter ſacramentum non re-
ciperet·s·de bap·maiores·c·pnl·et fi·idem
dicendum eſt ſpecialiter in ſacramento bap·ſ
vt in articulo neceſſitatis debeat recipi a he-
retico·xxij·di·§·verum circa fi·ſi autem aliter
accedant ad ſacramentum hereticorum pec-
cant qui accedunt nec recipiunt graciam·i·q
i·eciam et·c·ſe· et h̄ ex ſola conſtitucione eſt
qua prohibitum eſt a talibus recipi ſacramē
ta q̄ ex eo apparet q̄ꝛ conſtitucio excipit bap
tiſmum i caſu neceſſitatis vt dictum eſt et ad
idem·xxxij·di·§·verum ·nam cum ſolus deus
graciam conferat non miniſter non attendit
qualis ſit miniſter niſi in eo qui ſcienter cont̄
conſtituciones eccleſie recipit idem dicimus

in omnibus preciſis puta depoſitis excomuni
catis et ſuſpenſis a collacione ſacramentoruꝫ
ſiue a iure ſiue ab homine ſint ſuſpenſi quia ſi
a talibꝫ ſuſcipiantur ſacramenta tamen a col=
lacione eorum priuati ſint inobedientes ſunt
qui recipiunt ab eis niſi ſit notorius fornica=
tor et ſymoniacus quia licet ſint ſuſpēſi a col
lacōne ſacramentorum tamen in articulo mor
tis corpus chriſti et baptiſmum conferūt · xxx=
ij · di · § · verum · et · c · ſe · eciam cum a talibus li
citum ſit hec ſacramēta recipere licitum erit eis
tangere non tamen conficere nec credimus li=
citum ab huiuſmodi extraneam vnctionēꝫ re
cipere vel alia ſacramenta nam cum ſint gene
raliter prohibiti et de hijs ſpecialiter hoc con=
cedatur conſequens intellectus patet quod de ce
teris hoc negatur · xxv · di · qualiter · Si diuina au=
tem ab eis audire debent quādiu tollerantur
viij · q · iij · nonne · ſed quod conceditur hijs duo=
bus ſuſpenſis idem intelligo in omnibus ſuſpē=
ſis ſiue ſunt ſuſpenſi a iure ſiue ab homine et
forte idem eciam in depoſitis et eſt ſimilis ra=
cio · s · e · in omnibꝫ · C · de diuerſis · reſcrip · ſi libel
lum · ſed ſecus in heretico vel excomunicato
a quibus corpus chriſti in articulo mortis re
cipiendum non eſt · i · q · i · ſuperuenienteꝫ bap
tiſmum autem poſſunt ab eis recipere et ē ca
ſus in quo licite comunico cum excomunica=
tis et hij dando baptiſmum non peccant poſ
ſet tamen dici et non male quod a ſuſpenſis tolle=
ratis a iure omnia ſacramenta vbi non confer=
tur execucio ſed gracia tantum vt in peniten
cia extrema vnctione et ceteris conſimilibus
licite recipientur quia ſolus dominus in hoc ope=
atur · ar · xix · di · ſecūdum · et · i · q · i · iudas nec
confertur execucio in ordinibus et vbi aliquid
confertur ab ordinatore non ſuſpenditur · ar
s · de ſymo · per tuas · vbi no · execucionem au
tem ordinis nullus ſuſpēſus dat quia quod nō
habet dare non poteſt · i · q · vij · dyabertum ·
et ordinator ille qui dat execucionem quod ex eo
apparet quia dat ſibi ea que ſunt ſigna execu
cionis · ſ · platenam ſtolam et conſimilia · xxiij ·
di · per totum · eciam melius · xj · q · iij · epiſco=
pus ſed per hoc videtur quod ſi archidyaconus quando
dat ſubdyacono vrceolum · xxxiij · di · ſubdya
conus non habet executionem quod non credo
quia tunc ab epiſcopo recipit execucionem non
ab archid · contra de con · di · iij · romanus v=
bi dicitur quod paganus baptiſat et tamen bap
tiſmum non habet · ſed ſolucio · quia baptiſans in
baptō nihil confert ſed ſolus dominus · xix · di ·
ſecundum · ſed plus placet nobis quod no · j ·
de ciſma · c · i · contra id quod dictum eſt ignorā
tes et coactos recipere graciam in ſacramen
tis hereticorum contra · xxij · di · § · verum · i · q
i · eciam et in tribus c · ſe · vbi dicitur quod ibi gra
cia non confertur ſed ſolucio · non conferri graci
am ſcienter recipientibus · vel ideo dicitur non
conferri graciam quia poſtquam ſciunt vel

in baptiſatis poſtquam facultatem habent per ma=
nus impoſicionem debent eccleſie reconciliari · x · q ·
iiij · c · ij · et · iij · et niſi fecerint peccant vel aliter
quia ſacerdos bonus eſt et per eius meritū
ſacramenta proſunt ſuſcipientibus ſi autem ē
fictus eius meritum non prodeſt · i · q · i · per
yſaiam · aliqui tamen dicunt quod omnes ſuſpē=
ſi occulti vel a iure execucionem conferunt de
hoc no · j · de ſciſmaticis · c · i ·

SI quis epiſcopus · Extraneos · quia ex
hoc preſumitur quod eccleſiam non diligeba
tur quando extraneos heredes eccleſie prepo
nebat vel ſuple hereticos quaſi ſiue conſanguī
neos ſiue extraneos hereticos heredes inſti=
tuat enathema ſit ·

IIIa eos nihil ·
Vm chriſtus nihil ·

SIcut ait beatus leo · Defenſores · ho
die quo ad omnes iſte canon eſt late ſen
tencie et non in partibus tholoſe tantum ·

AD abolendam · Clerici · repete que di
ximus · s · de ma · et obe · de hijs · Va=
cante mortuo aliquo ſi vis ſcire ad quem trāſ
fertur poteſtas faciendi ea que faciebat ante=
quam ſucceſſorem habeat no · quia ſi ea per ſe
ſolum faciebat ſicut iuriſdictōnem et conſilia
et hec faciat ille a quo habebat vt ſi erat archy
diaconus qui recipit iuriſdictionem ab epi=
ſcopo vicem eius gerit · s · de of · archi · c · i · eo
mortuo eius epiſcopus iuriſdictionem exerce
bit · ar · s · de ma · et obe · hijs que · § · ſi · et hoc et ·
s · de inſti · cum veniſſent ſolucio · i · et hec vera ſunt
et in alijs ſi neceſſe vel vtile eſt hoc expediri an
tequam ſucceſſor detur · ar · xij · q · ij · hoc huius pla=
citi et · c · ſi qua de rebus alicquin ſucceſſori ſe=
uabit · ff · de iudi · mortuo · C · de iudi · propa=
randum · § · ſi autem maxime ſi in proximo ſuc=
ceſſor futurus ſit · ff · de va · mu · l · penultima · § · ſi · et ſi
capitulo conceſſit epiſcopus eligere archidy
aconū vel ſubdyaconū quia per hoc videtur epiſcopus capi
tulo conceſſiſſe quod eidem archidyaconus iura
archidyaconalia conferat eo mortuo ad capi
tulum deuoluetur predicta poteſtas · ar · de
conceſſ · preben · poſtulaſti · ſi autem aliquid faci
at per ſe que non ab alio ſunt collata ſed ſuo
iure faciat vt ſi archidyaconus · fundaſſet ec=
cleſiam de bonis archidyaconatus non capi=
tuli tunc hec poteſtas non deuoluetur ad capi
tulum · s · de conceſſ · preben · et ec · non va · il=
la · s · de teſta · relatum · ij · § · nomine vbi de hoc ſꝫ
ad ſucceſſorē tamen ſi autem aliqua habeat ab vno
vel alio cuicunqꝫ in hijs que ab eo tenet deuol
uetur predicta poteſtas ſicut eſt videre in cle
rico habente bona hereditaria vbi debet ſuc
cedere legittimus heres et bona eccleſie vbi
debet ſuccedere eccleſia · s · de teſti · relatum ·
ij · § · ſi · xij · q · iij · et · iiij · per totum · Item cum
epiſcopus et capitulum ſint vnum corpus cu
ius caput eſt epiſcopus · ar · j · de ver · ſig · cuꝫ
clerici et eſt expreſſum · s · de preſcrip · cū non

liceat et cum inter eos dicatur ſpirituale con
iugium contrahi·s·de teſti·requiſiſti·§·pnt·
dicimus ꝙ ea que pertinent ad epiſcopum iu
re ſuo ſicut eſt iuriſdictio et confirmacio pre
latorum ꝙ habet h̄ ipſo ꝙ eſt epiſcopꝰ ad ca
pitulum deuoluetur ipſo iure·s·de maio·et
obe·cum olim·ſi autem cum alijs exercebat
aliquid non ad ſubditos vel ad ſuperiores·ſꝫ
ad ſocios eiuſdē collegij deuoluitur poteſtas
lxv·di·c·vl·ar·C·quando n̄ pe·per·l·ij·ideꝫ
forte dicendum eſt in abſente ſiue ex iuſta cā
ſiue ex iniuſta abſit Jn negligente autem dici
mus·vt no·s·de maio·et obe·cum olim·
¶ Hereticos·i·in hereſim iam dampnatam
et indubitatam incidiſſe·al·enim ſi de articu
lis fidei dubitacio oriretur·⁊ dubium eſſet q̄d
bene vel male diceret h̄ ſola romana eccleſia
determinat·xxxiiij·q·i·quocienſcunqꝫ·xvij·
di·multis·¶ Audienciam·q·d·non prode=
rit eis ſi dicant ſe velle hereſim abiurare ¶ co
mites·no·enim papam poſſe ſtatuere de lay
cis ſed h̄ eſt propter crimen ſymonie·s·de iu
deis ita alij dicunt ideo hec ſtatuta valere q̄a
princeps fuit preſens ¶ Exempti·vt tēplarij

VErgentis ¶ Per cen·eccle·no·iudices
ſeculares cogi facere iuſticiam·xxij·q·v
adminiſtratores·

SJ aduerſus nos ¶ Examine·et male fa
ciunt qui litigant

CVm ex iniuncto·¶ Teſtimonium·i·ꝙ
miſſus ſit eodēmodo quo ſcriptura pre
cipit·ſ·ab eo qui habet poteſtatem conſtitu
ēdi ⁊ admittēdi p̄dicacōes vel·i·n̄ doceat ꝺ
ſe pphetatū p aliquem prohetaꝫ vt jo·oñdit·

EXcomunicamus ¶ Excomunicantur h̄e
tici relinquantur·pena dampnatoꝝ de
hereſi·nota pro hereſi clericum depoſitū ſta
tim ſeculari poteſtati relinquendum ꝙ ſi peni
tere non vult eſt perpetuo carcerandus·j·e
c·p·ſecundus caſus eſt ſi propter calumpni
am vel contumeliam illatam epiſcopō ſit de=
poſitus·xv·q·i·ſi quis ſacerdos tercius ē in
crimine falſi·j·de fal·ad falſariorum alias aūt
clericus depoſitus·xj·q·i·ſi quis tuendus ē
eſt per eccleſiam·lxxxj·di·dictum niſi ſit i cor
rigibilis·s·de iud·cum non ab homine con
fiſcētur corrigitur lex que ꝺfert bona cogna
tis hereticorum·C·de here·jdem de neſtore
¶ ꝙ autem·qualiter procedatur contra ſu=
ſpectos de hereſi·¶ Moueatur·iuramentū
poteſtatum et dominorum contra hereticos
¶ Si vero·pena dominorum non purgan=
cium terram ſuam de hereticis·¶ Catholici·
indulgencia cruce ſignatorum contra hereti=
cos·¶ Credentes·pena credencium recep=
torum fautorum et eorum qui propter ſuſpi=
cionem de hereſi excomunicati per annum i
execucione perſeuerant·¶ Regulares·ſuple
non preſumant talibus tradere ſacra eccleſia
ſtica·¶ Quia vero prohibicio·predicacōni
ſine auctoritate ſuperioris ¶ Ab apoſtolica
ſede·no·ergo ꝙ abbas vel collegium hꝫ po=
teſtatem concedendi alicui licenciam predicā
di·ſecus dicerem in licencia celebrandi miſſā
vel alia officia que quilibet ſacerdos concede
re poteſt dummodo certum ſit eum eſſe ſacer
dotem·vt no·s·de cleri·peregri·quia ibi nō
eſt tantum periculum·s·e·ſicut ec poſſꝫ di=
ci ꝙ poſtꝙ aliquis habet officium vel poteſta
tem predicandi a proprio epiſcopo vt ſunt p̄
lati eccleſiarum et doctores theologie appro
bati per eum ad quem pertinet vel eciam qui
libet alij quibus h̄ conceditur vt ſpecialit̄ vel
generaliter ꝙ quilibet ſacerdos habens cu=
ram animarum poteſt ei dare licenciam pre=
dicandi ſuis ouibus Jtem no·licet h̄ ſit gene
rale ꝙ ſoli epi̅ poſſunt dare licenciam predicā
di de ſpeciali tamen priuilegio quandoqꝫ ⁊ a
lijs conceditur ſicut fratribus predicatoribꝰ
et minoribus et eciam quibuſdam alijs·s·de
iudeis quam ſit·¶ Adicimus·viſitacio et per
ſecucio cōt hereticos·¶ Si qui·pena nolē
cium iurare·¶ Volumus·pena epiſcoporuꝫ
non proſequencium hereticos·

SIcut in vno corpore·nihil·

EXcomunicamus·¶ Redire·s·e·ad abo
lendam·§·i·¶ Carcere·ar·C·de penis
incredibile ſed dic h̄ ſpeciale in hereticis·

ABſolutos quia indiſtincte loquitur in=
telligo eciam poſt ſatiſfactōnem in alijs
ſecus·xv·q·vj·nos·s·de elec·cum dilectus
niſi ſentencia feratur ſuper abſolutione taliuꝫ
quia tunc eciam in alijs poſt abſolucionem n̄
reuertuntur ad eius fidelitatē·ar·s·ꝺ diuor·
de illa·¶ Manifeſte·ſecus ergo ſi occulte·
ar·s·de ſymo·c·vlti·xj·q·iij·iul·ibi loqui
tur de apoſtato tolerato·¶ Tenebātur·in
predictis ſecus ſi iuraſſet ei ſoluere debitum
ar·j·de ſenten·excomu·ſi vero et notatum ē
hac materia·xv·q·vj·nos ſanctorum·et·c·iu
ratos eſt eciam ibi·ar·ꝙ bona hereticorum
ante condempnacionem non confiſcātur·s·
e·excomunicamꝰ·§·i·poſſet tamen dici ꝙ nul
lum debitum ei ſolui poſſit·

## ¶ De ſciſmaticis·

QVod a predeceſſore large dicuntur
ſciſmatici quilibet crimioſi·i·q·i·ſa=
cerdotes·xxiiij·q·iij·ſecandum et·c·
ita que et hij non tenentur hijs penis aliquā=
tulum minus large dicuntur ſciſmatici excōi=
cati·xxiiij·q·iij·apoſtolice et·c·tam ſacer=
dos de excomunicatis ex quibus aliqui ſunt
qui non peccant in excōicacōe manētes·j·ꝺ
ſen·ex·inquiſicionem de hijs no·s·de excep·
excepcionem ſtricte dicuntur ſciſmatici q̄ di=
uiſi ab vnitate romane eccleſie conātur ep̄os
ſuos et preſpiteros facere et ſuas conſtitucio
nes·vij·q·i·nouacianus·et·c·deniqꝫ et con
tempnunt conſtituciones eccleſie·xix·di·nul=
li idem dico eciam ſi velint aliqui contra ep̄m

aſſurgere et epatū tenere ⁊ ſuos ſacerdotes
facere· vij· q· i· ſcire· xxiiij· q· iij· inter hereſim
et ſciſma et in hijs habet locum h' dec· naꝫ ex
comunicati ſunt vt heretici vt h' alij tamen di
cunt contra in epiſcopis ſciſmaticis cont̄ ali
os epos tantum dicuntur etiā ſciſmatici q̄ cō
iuraciones vel conſpiraciones faciunt cōtra
epos vel prelatos et hij non ſunt ſuſpenſi ip
ſo iure ſed ſuſpendendi et eorum ordinacōes
non ſunt irrite· ſed ipſi deponendi ſunt· xj· q
i· coniuracionum et quatuor· c· ſe· ſi autem a
liqui de aliqua re licita coniurarent puta de
non obediendo alicui heretico vel eciam vt eſ
ſent magis ſecuri qd' inuicem ſe non prode
rent de facienda accuſacione alicuius hereti
ci vel perniciosi prelati forte malum non eſſet
xvj· q· vij· ſane ſemper tamen preſumitur cō
tra coniuratores· xj· q· i· ſi qui clerici et maxie
ſi coniurent imperpetuum vel generaliter nā
ſi contra peccantem et diffamatum coniura
rent aliqui non mali ſed boni viri crederem li
cere· ⌊ Hereſiarchis· i· ſciſmaticis· ⌊ Ordi
natis· et idem de ordinatis ⁊ ab ordinatis ab
hereſiarchis vel ſciſmaticis in infinitum· nam
tunc non habeant execucionem alijs dare nō
poſſunt· i· q· vij· dyabertum ⌊ Irritas· q̄ ad
execucionem ordinis· ordines enim bene acci
piunt· vt no· s· de hereticis· c· ij· execucioneꝫ
autem ſciſmatici iſti non conferunt quia excō
municati ſunt ipſo iure cum heretici nominē
tur vt h'· xxiiij· q· i· alienꝰ· et· q· iij· inter ⁊ he
retici ipſo iure excomunicati ſunt· s· de here
ticis excomunicamus· xxiiij· q· i· c· ij· quidam
tamen dicunt ꝙ tales non ſunt excomunicati
ſed excomunicandi tantum· xxiiij· di· in nomie
in fi· vbi dr ꝙ dāpnentur et hij a papa alex·
excomunicati fuerunt illi autem ſciſmatici q̄
ab vnione eccleſie recedunt vt greci bene ſūt
excomunicati ipō iure vt in precedenti· c· et·
xix· di· nulli· nos dicimus qd' propter nulluꝫ
peccatum ꝙ ſit in ordinatore vel ordinato im
peditur quo minus recipiat ordinatus execu
cionem in habitu licet exequi non debeat or
dinator vel ordinatus ordinem ſuum qr liga
tam habet execucionem noxibus iur̄ q̄ cenſet
tali crimine irretituꝫ fore irregularem ſicut ap
paret in homicida qui bene in ordinacīōe ſua
recipit ordinis execucionem et eciam dat ſed
tamen ligata eſt per conſtitucionem que dicit
homicidam regularem· s· de temp· or· c· vlt·
et ita per dictam conſtitucionem ligata eſt eꝰ
execucio ita ꝙ per nullam penitēciā ſine pec
cato poteſt celebrare niſi ſecum per papā fu
it diſpenſatum ſed tamen confert ordinis exe
cucionem dignus et eciam recipit vt exequat̄
quando erit dignus alij tamen criminoſi l' ad
ulterij fures periurij et huiuſmodi licet prop
ter peccatum non debeant celebrare quādiu
ſunt in peccato tamen nexibus conſtitucōm
non habent ligatam execucionem ſui ordinis

quin quandocunqꝫ egerint penitenciam ſine
alia reconciliacione licet eis exequi ſuum ordi
nem ſalua tamen diſtinctione quam nos· s· d'
temp· or· ex tenore· Idem dicendum videtur
de irregularitate ordinatoris vel non ordina
ti ꝙ non impedit execucionem quin conferat̄
habitu et exercicio· ar· lvj· di· apoſtolica· c· ce
nomanen̄· et· c· vl· s· de renunc̄· niſi cum pri
dem· §· perſone· Item dicendum videtur et d'
infamia· nam ſymoniaci eciam in beneficō ſūt
infames· C· de epis· ſi quamꝙ· §· vl· et tamē ex
ecucionem conferunt· s· de ſymo· per tuas·
ij· et h' dicendum videtur de excommunicatis
occultis et de omnibus alijs predictis ꝙ quā
diu tollerantur ab eccleſia execucionem ordi
nis cōferūt· ar· vj· q· v· c· ij· et· iij· i· q· i· xp̄s
et eciam tales recipiunt execucionem licet li
gatam vt dictum eſt d' homicida ſi ſunt in di
gnitate· de con· di· ij· non prohibeat nec eſt
contra· ix· q· i· c· i· et· iij· s· de epō qui renun·
e· c· ij· quia ibi loquitur quando per ſenten
ciam vel renunciacionem non habebat execu
cionem tolerabantur ab eccleſia et ideo alijs
eam dare non poterat h' autem plus eſt in ex
comunicatis qui eciam ſi tolerentur dummo
do probari poſſit ſi vocent aliquem ad ordies
vel ad alia ſacramenta poteſt ei dici non reci
piam h' a te quia es excomunicatus vnde tibi
pticipandum non eſt ⁊ ex hac cauſa legitima
eſt appellacio ſecus autem eſſet in alijs vt pu
ta irregularibus infamibus et alijs predictis
et quia non eſſet contra eos admittenda tal'
excepcio non recipiam h' a te quia es irregula
ris ſufficit enim ꝙ toleretur· viij· q· ſi· nonne
racio autem diuerſitatis eſt quia huic comu
nicari non poteſt ſine periculo ſed in alijs ſe
cus idem ꝙ de excomunicatis diximus dicen
dum eſt de notorio fornicatore et ſymoniaco
et h' eſt ea racione quia ab eorum obediencia
ſua auctoritate recedere licet· xxxij· di· §· veꝝ
ſuſpenſus ab officio beneficio et a collacione
ſacramentorum per ſentenciam hominis ideꝫ
depoſiti propter crimen qui ab officio remo
uentur ſine quo ordines non conferuntur·
lxxxj· di· maximianus· ar· e· di· ſi quis clericꝰ
et· c· ſi quis preſpiter· Item qui renunciaue
runt loca et ordini epali· s· de ordi· ab epō· c·
i· licet omnes iſti non conferunt execucionem
Item remoti ab eccleſia vel adminiſtracione
vt quidam dicunt ſed melius videtur ꝙ licet
remoueatur ab eccleſia niſi ſuſpēdatur ab or
dine vel officio non eſt ſuſpenſus et bene cō
ferret execucionem licet peccet ſicut videmus
in renunciante loco qr niſi renūciat ordini ex
ecucionem retinet quia de alterius mandato
ordinare poteſt· s· de or· ab epō· c· i· Itē om
nes qui a ſuſpenſ per ſentenciam hominis l'
ceteris qui execucionem non habent ordinati
ſunt vl' ab ordinatis ab eis in infinitum execu
cōnem n̄ recipiunt vt h' niſi p manꝰ ipōicōem

vel diſpēſacionem fuerūt recōciliati et q̄cquid
alij dicant non videmus aliam racionem qua
re non dent vel recipiant executionem niſi q2
ſic conſtitutum eſt · xxxij · di · ℣ · verum · ſup ca-
ractere autem vel gracia di conferenda que
nō ſunt in poteſtate pape nihil ſtatuere po-
terit ſuper non peccantes excomunicati autē
minori excomunicacione propter participaci
onem excomunicatorum licet ſint ſuſpenſi ·
⌊ Participacione · i · perceptione ſacramen-
torum non tamen collacione et ideo ſacramē
ta omnia et executionem conferunt · j · de cle-
ri · ex · mi · ſi celebrat · ℣ · ſi · Intruſi autem licet
ſint ineligibiles et ſuſpendendi non tn̄ ſunt
ſuſpenſi ip̄o iur̄ · ar · contra · lxxij · al · lxij · di · c
ij · ſed dic ꝙ ibi loquitur quando prelatus in-
truſus non poteſt ſubditis quibus per itruſi
onem datus eſt prelatus dare ſacramenta et
licet conferendo non confert executionem n̄
quia ſit ſuſpenſus ſed quia non ſuis ſubditis
non poteſt executionem conferre ⌊ Irritas ·
h̄ plus placent ꝙ̄ que no · s · de ſymo · per tu-
as · et · s · de here · fraternitatis · ſed cont̄ nos
eſt · i · q · i · ſi quis a ſymo · vbi dicit ꝙ ſi quis ſy
moniacus ordinatus eſt a ſymoniaco non ſy
moniace cum de mia ſuſtinetur · ſo · ibi loqui
tur de notorio ſymoniaco et h̄ apparet q2 il-
lud qd̄ ſequitur in · e · c · niſi probauerint ſe ig
norasse eos ſymoniacos quia nullomodo co-
gerentur probare ignoranciam niſi preſump
cio eſſet contra eos ex eo ꝙ non licebat eis ig
norare ꝙ alij ſciebant ſed contra nos eſt qd̄ i
e · c · ſequitur · ſ · ꝙ tunc pro catholicis habe-
bantur exquo apparet ꝙ eorum ſymonia nō
eſt notoria · ſo · non dicit ꝙ non haberentur p
ſymoniacis ſed pro hereticis et vult h̄ dicere
illud · c · ꝙ ſiue eſſent notorij ſymoiaci ſiue dā
pnati heretici ꝙ cum eis non eſt diſpenſandū
niſi probarent ſe ignoraſſe eos eſſe ſymonia-
cos h̄ autem ſcitote quia ſi contrarium dice-
retur · ſ · ꝙ omnis ſuſpenſus ab homine vel
a iure eciam ignorans non habet executionē
ſui ordinis nec alijs eam poteſt dare nec ordi
nati eciam ab eis poſſunt in infinitum alijs da
re intolerabiles abſurditates et infinite ſeq̄rē
tur vix enim eſſet aliquis qui haberet ordinis
executionem · Item ſi prelatus meus eſſet ho
micida vel excomunicatus ita ꝙ nullus ſit ni-
ſi ordinandus et neceſſitas requirit et ꝙ ordi
netur nunquid recuſabit ordinacionem hui9
ſuſpenſi abſit · vj · q · iij · c · ij · et · iij · Item quo
modo chriſtus permiſiſſet iudam ſi vellet ꝙ
occulti ſuſpenſi non haberent executionē ſui
ordinis et officij et in hac opinione fuit hugo
et martinus hyſpanus · vt no · i · q · i · ſi quis a
ſymoniacis · et · c · reperiūtur ymo pl9 dicunt a
liqui ꝙ eciam ſi ſit nominatim excomunicat9
vel dampnatus hereticus vel depoſitus tamē
ordinatus ab eis ignorant̄ recipit n̄ tamen or
dinem ſed ordinis executionem et h̄ expreſſe

videtur dicere capitulum · ix · q · i · ordinacio-
nes h̄ eciam probatur racōne quia ordinator
nihil confert in ordinacōne ſed ſolus de9 · xx
ij · di · ℣ · verum · non enim dubium eſt quin re-
cipiat ordinem ergo recipit poteſtatem ea fa
ciendi que pertinent ad illum ordinem q2 or-
do eſt ſacrum ſignaculū et quo confertur ſpi
ritualis poteſtas et officium faciendi eā que p
tinent ad illum ordinem ergo iſte ordinatus
habet poteſtatem exequendi ſuum officium
niſi propter aliam cauſam impediatur proba
tur autē ꝙ ſemper eē a preciſo heretico et ex
comunicato et h̄ ſciens recipit executionē q̄a
ſecundum omnes ſi cōficiat corpus chriſti cō
fectum eſſet eciam ſi ordinet ordinatus eſſꝫ ſꝫ
bene fatemur ꝙ peccat exequendo ordinem
nec inuenietis capitula antiqua que priuent
ordinatos hui9 niſi ſciuerunt ſic enim loquū
tur · c · i · q · i · qui perfecte ventum · xxxij · di · ℣ ·
porro · Item cum h̄ pena non ſit pena inter-
poſita a iur̄ naturali ymmo ius naturale vult
ꝙ tantum ſolus deus in collacione operetur
quare vicarius chriſti immeritam ingererꝫ ig
norantibus p̄niam · licet enim ex cauſa decre-
uit penam ſcientibus contra contemptuꝫ ta-
men iniuſtum eſt imponere penam ignoran
tib9 ſine cauſa ſed dec̄ · noua · s · de eo qui re-
nunc̄ · e · c · ſi · dicit contra · ſ · ꝙ ordinatus igno
ranter ab excomunicato indiget diſpenſacio
ne ſed certe cum illa dec̄ · ſic intelligatur vt ia
cet et ſic contra ātiqua iura ſic et contra na-
turalem equitatem debꝫ recipere ſanum intel
lectum quia non eſt preſumendum ꝙ iura a-
lia et naturalem equitatem uoluerit vno ver-
bo tollere · s · de elec · eccleſia noſtra · intellige
ergo dec̄ · quando ignorancia erat ſupina ſed
ſecus et huic expreſſioni videtur contradice-
re · s · de eo qui renun · e · c · i · vbi dicitur ꝙſi
non ſit ſupina ignorancia ꝙ poteſt epiſcopus
diſpenſare ſed dic illud ideo eſſe quia non po
teſt eſſe ſine ſuſpicione ſciencie poſtꝙ̄ manife
ſte renunciauit nec probauit contra quia ſi p
baſſet nunꝙ̄ eſſet neceſſaria diſpēſacō · ix · q · i
ordinaciones poteſt tamen dici ꝙ iuſta cauſa
fuit ſtatuendi nouum ius contra naturalem e
quitatem ne in notorijs factis ſicut eſt cōtra
renunciantes et contra nominatim excomu-
nicatos et preciſos null9 admitteretur ad ex
ecutionem ſine diſpenſacione nec per illud vi-
detur ꝙ poteſtas exequendi tollatur omnib9
ordinatis ab eis in infinitum quia nec extendi
tur ni ad ordinatos a preciſis nominatim nec
eciam extenditur ad alios ignorantes · de h̄
no · s · de epiſc · qui renun · c · i · ⌊ Careant · no ·
s · de elec · nihilominus · quid ſi aliqua queſi-
uit nomine eccleſie · ar · ꝙ valeat · C · d̄ leḡ · ꝙ
fauore ·

FRaternitatis pſona nam ſciſmatic9 eci
am receptus in honore ſuo cū ordinato
a ſe diſpenſare non poteſt · ar · i · q · i · p̄ncium ·

## De apoſtatis et reiterantibus ad baptiſmum.

PReterea ⌊ Clerici · triplex eſt apoſtaſia · prima perfidie · ſ · quando quis recidit a fide · ij · q · vij · non poteſt · ſecunda inobediencie · ſ · quando tranſgreditur preceptum prelati vel ſacris canonibus non obedit · iij · q · iiij · aliem̄ · s · de maic · et obe · ſi quis et tamen obediendum credit alioquin ē hereticus et ſciſmaticus · xix · di · nulli · tercia irregularitatis · ſ · cum quis a ſtatu ſumpte religionis recidit de qua ħ · j · c · vl · et no · s · de temp · or · ex parte ħ autem fit multis modis · dimittendo tonſuram vel coronam accipiendo vxorem abiciendo religionis veſtem vel clericalem redeundo ad ſeculum · xx · q · iij · c · i · ij · et · iij · xxvj · q · i · omnes et ħ vnde dicitur apoſtata quaſi retro ſtans · xxvj · q · ij · non obſeruetis · et ħ · c · i · apoſtata perfidie punitur et reſtituitur vt hereticus quia in veritate hereticus et excomunicatus eſt apoſtata inobediencie · j · qui non obedit prelato vel canonibus repellitur ab accuſacione et teſtimonio et excomunicatur et eciam deponitur et eciam iudici aliquando traditur · iij · q · iiij · ſi quis a ſuo · xj · q · iij · ſi autem nobis · et · c · abſit apoſtata irregularitatis eaſdem penas patitur · xvj · q · i · leg̃ · l · di · c · vl · xxj · q · iiij · ſine ordinarijs epiſcopi et · c · precipimus et eciam ſi ſe non emendauerit poſt monicionem caret priuilegio clericali · vt no · j · § · i · Jtem no · h · dixit ꝙ nedum alij et eciam pſalmiſta et lector ſemper gaudebit priuilegio clericali · et vlterius non poſſunt viuere ſeculariter nec fieri milites · xxj · q · ij · eos ſed alij cōtradicūt cū quibus et nos ſentimus diſtinguentes ſi ſumpſit aliquid penitus contrarium ordini vt ſi accepit ſecundam vxorem vel corruptam vel fecit ſe militem et ſeua exercuit tunc priuatur omni priuilegio clericali · lxxxiiij · di · ſi quis ſi vero non fecit penitus aliquod contrarium ordini vt · ſ · ducendo virginem vel fiendo miles dummodo nō exerceat ſeua poteſt viuere clericaliter et priuilegio clericali gaudere · xxxij · di · ſeriatim · et · c · ſi qui · § · ſi vero · ſed ſi viuere velit ſeculariter negociando tabernam tenendo vel tonſuram dimittendo tunc nullo gaudebit priuilegio · s · de cleri · comu · johannes · et · c · ſe · alij tamen dicunt ꝙ gaudebit priuilegio canonis ſi quis ſuadente ꝙ in fauorem ordinis clericalis non clericorum eſt introductum et ideo illi renunciare poteſt · s · de fo · com · ſi diligenti et ħ ſatis verum credo anteꝗ̄ moueatur ſed poſtea non gaudebit ſed in omnibus laycaliter ſe habet capitulum autem · xx · q · iij · eos nō obſtat quia loquitur de conſtitutis in ſacris ordinibus ꝙ ex eo apparet quia in eodem · c · dicit eos qui ſemel in clero taxati fuerint ꝙ intelligo quādo receperunt ordinem ſacrum nam ſacrum ordinem taxari non poſſunt · Jtem ex fine eiuſdem capituli ħ apparet vbi dicitur ꝙ coguntur redire ad ordinem ꝙ non fieret ſi in ſacris non eſſent et ſecundum premiſſam diſtinctionem erit de foro ſeculari vel clericali niſi contradicat conſuetudo que iuriſdictionem tribuit · C · de eman · l · iij · ⌊ Clerici · de religioſis loquitur vel de conſtitutis in ſacris ordinibus · ⌊ Jliberari · j · de ſen · ex · ſi vero · ij · contra ſo · ħ loquitur quando per omnia habebant ſe vt laici illud quando dimiſſa corona in alijs agebant vt clerici vel eciam cauſa leuitatis vel ħ non negatur quin capientes tales ſint excomunicati ſed ꝙ talibus clericis per eccleſiam non ſuccurratur vel illud habet locum quando non eſt monitus ꝙ habitum portet ħ autem quando eſt monitus · j · de ſen · ex · in audiencia prima ſolucio probatur · j · de priuile · ex parte tua ·

Ex litterarum tuarum · et c · ⌊ Publicū · repete que diximus · s · de temp · or · ex tenore ·

TVe fraternitatis de apoſtaſie crimine ħ decre · loquitur quando conſtabat aliquem clericalem habitum depoſuiſſe et cū eſſet monitus ꝙ reſumeret · Jlle · ꝙ ħ ei licebat cum eſſet in minoribus ordinibus conſtitutus econtra vero dicebatur conſtat ꝙ habitum dimiſit et fama eſt ꝙ erat in ſacris ordinibus cōſtitutus vel ꝙ erat canonicus regularis vnde ſtatim vel habitum reſumere vel ſe purgare deberet et dominus papa pro ħ vltimo propter infamiam ſenenciauit fatemur tamen ꝙ non in ſacris ordinibus conſtituti non dicunt apoſtatare ſi clericatum dimittunt · s · de vi · et honeſt · cleri · ex litteris · s · de cleri · comu · johannes · et · lxxxiiij · di · quiſquis ·

QVidam · ⌊ Ritus · et forte in obſeruacionibus feſtiuitatum vel in diſcernendis cibarijs ·

